

*Quas capiat variata vices, quos Luna labores,  
Spargeris immenso quàm plurima Sidera campo.*

*Maxima Mundi Opifex, qua teratione coegit  
Paruus, inops, humilis, tamq̃, exigua Incola gleba  
Adamides rerum curas agitare suarum?  
Respicis immeritum, vehis in sublime, Deorum  
Tantum non genus est, tantos largiris honores,  
Magnificumq̃, caput cingis diademite, Regem  
Constituisq̃, super manuum monumenta tuarum.  
Quod supra caput est, magnos cum motibus orbes,  
Subijcis ingenio: quicquid Tellure creatur,  
Natum operis pecus, atq̃, aris fumantibus aptum,  
Quæq̃, habitant silvas reliquarum secla ferarum,  
Quodq̃, genus, volucres, leuibus ferit aera pennis,  
Quiq̃, maris tractus tranant & flumina, pisces,  
Omne iubes premere imperio, dextraq̃, potenti.*

*Ioua sator Mundi, nostrumq̃, æterna potestas  
Quanta tua est omnem terrarum fama per orbem?*

F I N I S.